


A

18-221



209.

Biblioteca Universitaria	
GRANADA	
Sala	A
Estante	18
Tabla	
Número	221


~~16.a.7~~
~~10.~~



Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.



Faint, illegible handwriting in blue ink, possibly a signature or date, located near the bottom center of the page.



ALEGACION
EN DERECHO
EN FAVOR DE DON

Pedro Ponce de Leon, sobre el ne-
gocio de Baylen.



*Por el Doct̃or Bartolome Bruñol del Consejo
de Italia del Rey nuestro señor.*


Año. M. D. XCIII.



17804291

87
ALEGACION
EN DERECHO
EN FAVOR DE DON

Diego Ponce de Leon, sobre el ne-
gocio de Baylen.



Por el Doctor Bartolome Baruel del Consejo
de Italia del Rey nuestro Señor.
Año M.D.XCIII.

I E S V S.



IN Controuersa quæstione, an don Petrus Ponce de Leon succedere possit in maioratu Baylen, vti proximior don Roderico ultimo possessori, non obstante cõdemnatione sequuta ex causa hæresis contra D. Ioannem eius patrem, quatuor fundamentis fuit alijs ostensum, illum esse successio- nis capacem.

Primò, quia D. Petrus non potest dici filius hæretici, ex quo patrem poenituisse, absolutum, ac Ecclesiæ incorporatum fuisse constat.

Secundò, quia genitus fuerit antequam pater incidere in hæresim, quo casu delictũ patris nõ obesse filijs multis rationibus, & fundamentis fuit ostensum.

Tertiò, quia nullo iure cõmuni Romanorum, Canonico, vel Hispano prohibitum reperiatur, quòd filius hæretici, dũ modo ipse sit orthodoxus, sit prohibitus succedere alijs, quã patri cuius bona confiscantur.

Quartò, quia vbi talis successio prohibita reperiretur, attamen adhuc obiectũ cessaret in casu, de quo agitur, cũ non agatur simpliciter de iure quærendo, sed potius de iure quæsito conseruando, seu saltem quia non agitur simpliciter de iure quærendo.

Horum autem fundamentorum quodlibet vbi in iure sustineatur, cùm aptum sit petitione. D. Petri defendere, de eorum veritate differendum esset: sed ne eadem Pene-

lopis

58
Iopis telam sæpius retexamus, cū sæpe dictum fuerit de
veritate primarū duarū propositionū, pro quarū maiori
corroboratione postremo loco adductum fuit plenū cō-
siliū Martin. Azpilc. Doctor. Nauarri, cuius autoritas
quanta sit apud Hispanos, & Italos, nemo ignorat, consul-
tō de his omittetur tractari.

Et descendo ad decisionem tertix propositionis an fi-
lij hæreticorum fideles aliquo iure reperiantur prohibiti
succedere. Et quod attinet ad verba legum loquentiū de
silijs hæreticorum, & sic in crimine læsæ maiestatis diui-
næ, pars contradicit ea ratione, Quia quod filij cōmitten-
tium crimen læsæ maiestatis humanæ, succedere non pos-
sint, disponit tex. in l. quisquis. §. filij. C. ad l. lul. maiestat.
summiq; Pontifices & Imperatores mandant, vt attenda
maioritate criminis, idem ius seruetur in crimine hæresis.
Nam summus Pontifex hoc statuit in c. vergentis. de hæ-
ret. idem Imperator, in auth. Gazaros. C. eod. & Feder. in
consti. incip. cōmissi nobiscœlitus. Verū facilis est res, ō-
sio: quia negatur æquiparationē factā esse generaliter de
vno casu ad alium, sed ad certum casum tantum factam ef-
se extēnsionem à læsa maiestate humana ad diuinam, nam
in c. vergentis, fit extēnsio tantū quò ad confiscationem
bonorum paternorum: idemq; disponitur in auth. Gaza-
ros. Federic. vero in d. constit. commissi. que fuit canoni-
zata in cap. statutum. de hæret. in 6. vltra pœnam confisca-
tionis, prohibet, ne filij admittantur ad officia, vel benefi-
cia, argumento sumpto à crimine læsæ maiestatis huma-
næ, & negatur factam fuisse æquiparationem vtriusq; de-
lictū in omnibus, & per omnia, ita vt quicquid statutum sit
in crimine læsæ maiestatis humanæ, censeatur statutum
in crimine hæresis: idque probatur, quia verba quātumuis
generalia debent restringi ad id, propter quod prolata
sunt,

sunt, & consequenter ad confiscationem, ac inhabilitatē ad officia & beneficia. §. quod autem. instit. de legit. agna. tutel. Craue. conf. 9. nu. 21. conf. 16. nu. 3. & argumentum ab æquiparatis non procedit vniuersaliter, nisi dictum sit in omnibus, & per omnia, sed procedit tantum in casibus, in quibus a iure facta est æquiparatio. gl. in l. omnes dies. C. de ferijs Ripa vbi alios citat in l. 1. nu. 2. ff. de legat. 1. & proinde licet, & summus Pontifex, & Imperator æquiparēt ista crimina læsæ maiestatis humanæ, & diuinæ, quò ad confiscationem bonorum, & officia, ac beneficia, non tamen æquiparatio debet intelligi facta in omnibus, & per omnia, sed tantummodo in casibus expressis.

Hæcque assertio euentior fit ex instantia quæ dari potest: nam in terminis l. quisquis. pœna delicti materni transit ad filios & nepotes, vt ibidem legitur, & tamen in crimine hæresis transit ad filios tantum: dicto capit. statutum. 2. de hæretic. in 6. ibi, Per maternam verò ad primū dumtaxat volumus hoc extendi, & iure Hispanico, hoc idem expressè cautum est in l. 3. titul. 3. lib. 8. nouæ Recopilationis: ergo falsum, quòd æquiparatio in omnibus sit facta.

Opponitur pariter de duabus illis sententijs latis, altera per Paulū. III. cōtra Henricum. VIII. Angliæ Regem. altera per Sixtum. V. contra Henricum prætensum Nauarræ Regem, & Principem Conde, quibus cōmodius in sequenti Articulo respondebitur.

Hanc eandem opinionem probat pars aduersa, vt præ tendit, multorum autoritate, videlicet Cyni in d. l. quisquis circa fin. Anchar. in d. c. statutum, 2. nu. 2. Angel. in l. 1. C. de hæredib. instit. vbi Corn. num. 21. Henricus Boic. in dict. cap. vergētis. col. final. Zanchin. in tract. de hæret. cap. 28. num. 2. Decian. in suo tract. crimin. lib. 5. cap. 45. num.

numer. 12. de filijs, & alijs domesticis hæreticorum, Mieres in quæstionibus maioratum in 2. par. quæstion. 4. in 2. illatione.

Huic obiecto aliàs satisfactum fuit, & autoritate, & ratione: nam cõtraria opinio, vt filius hæretici excludatur tantum ab hæreditate patris in consequentiam ob confiscationem, quæ contra illum sequitur, aliàs probatur ex las. in l. hæreditas. numer. 8. C. de his quibus vt indignis. Cassan. in consuet. Burgund. rubric. 3. §. 5. num. 69. Didac. à Segura in l. 3. §. final. num. 139. de liber. & posthum. in l. cohæredi. §. cum filia. num. 73. ff. de vulgar Gomez Arias in l. 4. Taur. num. 44. Nunc ne forte puteur hanc opinionem, quæ verior est, cedere Doctorum numero, adduntur in fin. Archidiacon. in d. cap. statutum. 2. versic hoc sanè. vbi inquit, quòd ille textus loquitur tantum de officijs & beneficijs publicis, non vero de bonis hæreditarijs: cuius autoritas, vbi sola esset, cum sit scripta super Sexto, opinionioni contrariæ & cõmuni esset præferenda. Felin. in c. 1. nu. 54. vers. quarto limita. de constit. vbi inquit: *Quarto limita, nisi esset opinio Archidiaconi super 6. quia illa præualet alijs.* Lancelot. Conrad. de offic. prætor. §. 2. in tit. de sentent. num. 24. in. 4. limit. Cassan. conf. 10 nu. 31. Everardus in loco ab autoritate, collat. 14. vers. quarto occurrit Guido de Basio: eandem opinionem cum Archidiacono tenuit satis apertè Butr. in cap. vergentis. nu. 5. de hæret. ibi, sexto nota: *Quod delictum patris nocet filijs in crimine læsæ maiestatis respectu bonorum à patre transmittendorum in filios* Bart. in l. Gallus. §. quod si is. nu. 2. de liber. & posthu. Guido Papa conf. 176. numero. 3. vbi inquit, præterea videmus, quòd si filius est hæreticus, & infidelis, non nocet ne poti, quin succedat auo: idem Simancas in suo Enchiridion iudicum, capit. 63. numero. 8. Decianus libro. 5. tit.

49. num. 4. versic. limita octavo, & ideo constat, quod si auctoritate Doctorum contendendum sit, hanc prævalere, cum habeamus Archidiaconum, Bart. Iasonem, Guidonem Papam, quorum auctoritas tanta est in iure. Fundaturque opinio inuidta ratione, quia cum lex non dicat, nec reperiatur facta æquiparatio in omnibus, & per omnia, pœnæ extendendæ non sunt, & ex maioritare delicti, vt alias latè dictum fuit. Si verò ad numerum Doctorum respiciamus, vincit nihilominus opinio, quæ Don Petro fauet: nam Angelus, & Corneus non quærent de hac quæstione, An filius hæretici possit succedere alijs, præterquam patri, sed quærent, an si quid relinquatur istis filijs, habeatur pro nō scripto, an verò auferatur tanquã ab indignis: & dicunt haberi pro non scripto propter incapacitatem, atque ideo de his ad constituendam cōmunem opinionem ratio haberi nō debet, Abbas in cap. bonæ. 2. num. 3. de postula. prælati. Socin. Iun. consil. 1. num. 143. consil. 119 num. 30 lib. 1. Alcia. regul. 1. præsumptio. 511. num. 4. De Deciano pariter nulla est habenda ratio, cum contrarius sibi ipsi sit. l. qui falsa, vel varia. C. de testibus. & verè Decianus multa loca in dicto suo tractatu nō digessit. Mieres pariter non dicit id, ad quod allegatur, sed tantum quærit, an filius succedat patri in maioratu, & distinguit, quod si filius est natus, antequam pater incidere in hæresim, & succedit, aut postquam incidit in hæresim, & non succedit, vt ibidem num. 6. versic. his autem minime refragantibus, atque ideo stat pro opinione nostræ. Quibus accedit, quod etsi Don Petrus nō doceret de cōmuni, vel veriori opinione, satis tamen illi esset, quod pars aduersa non probet concludenter intentionem suã, cum ipse habeat suam intentionem fundatam in regula, quod delictum patris non nocet filijs, quod maioratus.

ratus defertur proximiori, nisi sit incapax, quæ incapaci-
tas concludenter probanda est ab allegante.

Postremo loco circa articulum incapacitatis succes-
sionis, mouetur Dux Arcos ex obseruantia, quam allegat
adesse in istis Regnis Hispaniarum, quòd filij hæreticorū
fideles non succedant consanguineis, neque extraneis:
quod tamen fundamentum in facto consistere minimè
probatur, quod sic faciendum erat, cum facta non præsu-
mantur, nisi probentur. l. in bello. §. factæ. de captiuis. l. 1.
C. de probatio. l. asseueratio. C. de nō numerata pecunia.
Quinimò, vt audio, contrarium seruatū fuit in eadē perso-
na D. Petri, qui auix successit, eiusq; successione in præ-
sentiarum fruitur, & in persona D. Roderici eius fratris,
qui successit D. Annæ Segarræ eius amitæ, idēque apud
alios fuisse obseruatū, passim intelligo: quæ verū esse sua-
dēt verba. l. 3. tit. 3. lib. 8. nouæ Repik. vbi annumeratur
ea omnia, quibus filij hæreticorū priuantur, nec numerat-
ur successio. Ita in simili arguit Cardinalis in. c. excōmi-
nicamus. §. credentes. nu. 2. de hæreticis, vbi inquit, filium
hæretici qui prohibetur habere officiū, non censi prohi-
bitum eligere, sufficit enim (inquit) quòd non est prohi-
bitum, & quòd lex non dicit, nec nos dicere debemus.

Videndum nunc remanet, de secundo articulo, posito
quòd præcedēs quæstio pateretur aliquā controuersiam
in iure, an filius damnati de heræsi, sit successibilis in ma-
ioratu antiquo, qualis est iste, de quo agitur: & vt clarior
habeatur resolutio, constituo duos casus.

Primus, quando maioratus non haberet aliquā digni-
tatem annexam.

Secundus, quādo haberet dignitatē, vt quādo esset de
Comitatu, vel aliā haberet iurisdictione maiori.

Quod atinet ad primum, credo indubitātū esse, quòd
filius

filius admittitur ad maioratum, non obstante patris delicto, idque probatur ex. l. iura libertorum. de iure patronatus, & ex. l. eorum. ff. ad. l. Iuliam Maiestatis, vbi delictum patris, etsi sit perduellionis, & læsæ Maiestatis, non nocet filio in iure patronatus. Nec releuat, quod pars dicit, dicta iura procedere in delictis communibus, non verò in criminibus exceptis, quale est læsæ Maiestatis diuinæ, & humanæ, quia hæc responsio directè repugnat dictis legibus: nam. l. iura libertorum loquitur de crimine perduellionis, quod nihil aliud est, nisi læsæ Maiestatis. l. finali ad. l. Iuliam Maiestatis. l. liberorum. §. penultimo, in verbo perduellionis. ff. de his qui notantur infamia, Alciat. in. l. quos nos. 234. vbi Rebuffus. versi. crimen etiã. ff. de verb. signific. Cotta in suo memoriali in verbo perduellione. Quinimò dum lex loquitur de crimine perduellionis, intelligitur de crimine læsæ Maiestatis in primo capite, Molina de primog. lib. 4. c. 11. num. 34. & 38. textus verò in. l. eorum, loquitur formaliter in crimine læsæ Maiestatis: Sic glossa contradicit textui, vt de glos. Aurelianensi dici consuevit. Ioan. Fab. in. §. præterea in. 5. column. instit. de action. Scotus tom. 2. lib. 8. conf. 1. nu. 55. Et licet in materia feudali in quæstione, An fellonia patris noceat filio in feudo antiquo, aliqui teneant partem affirmatiuã, quòd noceat, non tamen mouentur grauitate delicti, sed ex natura rei subiectæ, quia feudum censeatur datum sub ea cõditione, vt sit fidelis, qua cessante, feudum reuocatur, vt notatur, in cap. 1. §. finali, quæ sit prima causa beneficij amittendi in cap. 1. §. finali. de pace iuramento firmãda, Curtius in tractatu de feudis in. 5. parte, num. 2. Farinacius in quæstionibus crimi. q. 25. nu. 28. sicuti pariter emphyteusis cõsetur data sub ea conditione, vt soluatur canõ, & vt nõ alienetur, cui si nõ pareat, emphyteusis amittitur, & ad præiudiciũ descendentium vocatorum, quãuis non

02
soluere, vel alienare de se delicta non sint, Bar. in l. 3. nu.
3. de interdicitis.

Nec alia responsio quæ affertur, fortior est, dū dicitur
prædicta iura alia posse procedere de iure antiquo, quo
tempore adhuc non erat introductum, vt filij punirētur
propter delictum patris, quod postea ab Honorio, & Ar-
cadio statutum fuit in l. quisquis. nam de hac temporum
distinctione quæri posset, vbi inter l. quisquis. & dicta iu-
ra superius allegata adesset aliqua contradictio, qualis
erat inter memorata iura, & l. eum qui. de interdicitis: nā
hoc casu fortè ad evitandam hanc contrarietatem fieri
posset distinctio temporum, vt in terminis Decianus in-
tractat. criminali, lib. 5. c. 41. num. 29. At hic nulla propo-
nitur contradictio, cum lex quisquis, nihil dicat de iure
quæsito, sed simpliciter de quærendo, atque ideò frustra
de legis correctione agitur, vbi nulla certa contrarietas
adducitur, cum correctio quàm maximè fieri potest, sit
euitanda. l. præcipimus. C. de appellatio. verba etiam of-
fendendo, Dec. in l. quoties idem sermo. circa fin. ff. de
regul. iuris, Abb. in cap. cum dilectus. col. fin. de consuet.
atque ideò nescio, quomodo desumatur argumentum:
lex est recentior: ergo corrigit, vbi aliter leges possunt
conciliari, vt in casu de quo agitur, vt iura allegata pro
opinione Don Petri procedant, vbi aliquo modo ius
esset quæsitum filio. l. quisquis. procedat in iure simpli-
citer quærendo, quod apertius probabunt DD. mox ci-
tandi.

Authoritate pariter quam plurium Doctorum hæc ea
dem conclusio probatur, & omittendo ea quæ pertinent
ad delicta communia, quòd filius ratione criminis lesæ
Maiestatis, diuinæ, vel humanæ commissi per patrē, non
priuetur iure, quod simpliciter acquirendum non sit, sed

aliquo
M

aliquo modo quaesitum, hoc probat Butrius in. c. vergentis. nu. 5. de hæreticis. de quo supra dictum fuit, vbi generaliter probat, delictū patris in crimine læsæ Maiestatis nocere filio ratione bonorum, quæ ab eo transmittuntur, aliud manifestè sentiēs in his quæ ab eo nō trāsmittuntur, clarius Henricus Bohic summæ authoritatis canonista in d. c. vergentis in. 2. colum. post medium. versic. cum illis verò, vbi loquens in materia hæresis generaliter, hoc statuit, vt in his quæ concessa sunt patri, & filijs suis, vel etiā ipsemet acquisierit pro se, & filijs, filij succedant non obstante hæresi patris, si pater ratione criminis læsæ Maiestatis, non præiudicat filio in fideicommissis relicto ab antecessoribus, Philippus Probus ad Ioan. Monachum in cap. cum secundum, num. 3. versic. pœnæ. de hæreticis, in 6. Simancas de Catholic. institu. cap. 9. nu. 94. qui loquuntur in filijs hæreticorum Bald. in. l. 1. nu. 2. Castren. nu. 4. C. de bonis libertorum, vbi Castren. putat hoc procedere etiam in crimine læsæ Maiestatis in primo capite, idē quòd crimen læsæ Maiestatis patris non noceat filijs in fideicommissis, consulit Socin. Senior, consil. 275. per totum, sed maximè num. 15. lib. 2. Grammaticus, vbi ita decisum asserit per Consilium Neapolitanum decis. 6. nu. 14. Et in emphyteusi concessa alicui, & eius descendenti- bus, quòd pater hæreticus non præiudicet filijs, quin succedere possint, consuluit Ruinus in cons. 149. nu. 12. & sequentib. lib. 1. Craueta cons. 859. nu. 12. Corbulus de iure emphyteutico in tit. de causa privati ob mortem ciuilem. nu. 26. & aliàs dictum fuit, in feudis antiquis pariter, quòd crimen læsæ Maiestatis patris non noceat filio, vbi feudum sit familiare, vel generi cōcessum, probat Bal. in c. 1. §. denique, quæ fuerit prima causa beneficij amittent. Salicetus in. l. 2. C. de libertis, & eorum liberis, Curtius

in tractat. de feudis in. 5. part. numero. 5. latissimè Be-
roius consil. 77. numer. 21. & sequentibus lib. 1. Bursatus
consil. 225. num. 111. cum sequent, & licet sciam, quòd in
materia feudali, an pater in crimine læsæ Maiestatis præ
iudicet filijs, quæstionem esse maximè controuersam, at-
tamen Doctores ita tenentes fundant hanc suam inten-
tionem super tacita conditione, sub qua datur feudum,
hoc est, quòd tenètes feudum sint fideles, alioquin reuer-
tatur, vt superius dictum est, & probat Clarus quæst. 66.
in. 5. feudum: quæ ratio minimè applicari potest ad termi-
nos nostros, cum maioratus non detur secundùm eam le-
gem, nec persona concedentis fuit offensa principaliter,
quinimò secundùm dictam opinionem, vterque priuare-
tur maioratu, illo dño applicato. Et in fortioribus termi-
nis hoc est decisum in legitima de bonis patris dñati de
crimine læsæ Maiestatis diuinæ, vel humanæ. Nam etsi fi-
lius in legitima patris nō habeat aliquod ius certū de præ-
senti, sed tantum ius in spe, in ea tamè succedit patri pro-
ditori, vel hæretico, Gigas in tract. de crimine læsæ Ma-
iestatis, lib. 3. q. 9. Simancas de Cathol. instit. tit. 9. nu. 79.
Quāquam in hoc horum opinionem non probem, cū pa-
ter viuēs præiudicare possit, & ex dispositione legis hæc
solùm debetur, non hominis.

Et in proprijs terminis maioratus antiqui, vt delictū
patris etiam grauissimum læsæ Maiestatis diuinæ, vel hu-
manæ, non noceat filio, probat Gomez in. l. 40. Taur. nu.
91. vers. pulchrum tamen, & quotidianum dubiū: & licet
pars aduersa, tanti viri autoritatem conetur subterfu-
gere, quia Gomez non dicat, quod filij possint succedere,
sed tantū quòd bona non confiscantur, cum Princeps ex
eo principaliter non lædatur, attamen hæc consideratio
nihil mouere debet, cū imò si rectis oculis legatur, hoc

ex-

expressis verbis dicat sub. d. n. 91. vers. tertio nō obstat, vbi formaliter, inquit. *Tertio non obstat tertium fundamentum, in quo dicebamus, quod in his nefandis, & grauissimis delictis puniuntur filij, & nepotes delinquentium inhabiles, et incapaces ad succedendum, quia respondeo: quod illud procedit in dispositione legali, quæ defertur ex legis dispositione post delictum commissum, quia priuatur successione propter culpam parentum, secus vero in successione ex dispositione eis debita & acquisita saltem ex constitutione, & dispositione ipsius fundatoris, quia illa nō debet eis auferri.* Sic nescio, an Gomez clarius loqui possit: Molina idē sequitur de primog. li. 4. c. 11. n. 51. & seq. vbi hoc absolute vult, quotiescumq; maioratus nō habeat annexam dignitatē, quæ sufficit, quo ad decisionē huius primi casus: nā de eo quæ postea dubitat sub nu. 54. quādo maioratus habet dignitatē annexam, inferius tractabit in secundo casu.

Mieres pariter hanc opinionē probat in loco per aduersarios pro contraria parte citato, in suis quæstionibus. maioratus in. 2. part. q. 4. illatione. 2. nu. 6. vers. his autē minime refragantibus, vbi inquit in hæc verba. *His autē minime refragantibus, est vera, & tenenda conclusio, quod filij qui concepti fuerunt, antequam quis committeret crimē læsæ Maiestatis, non priuantur successione maioratus, quia illis erat quæsitum ius primogenituræ, idque multis rationibus, & autoritatibus probat: & aduertatur, quod Mieres non negat, quin pœna parentum in crimine læsæ Maiestatis, trāseat ad filios, cum id pro vero antea constituisset, & maximē. n. 3. vers. & ex istis tandem pono pro regulā, sed fundat assertionem, de qua supra in iure quæsitum: quæ consideratio nō potest fieri in filiis postea natis: nam illis nullum vnquam dici potest ius fuisse quæsitum.*

○ Conclusio antē superius fundata, vt filius succedat in maioratu antiquo non obstante delicto patris, multo ma-

gis procedit id casu de quo agitur, in quo pater delin-
quens non possidebat maioratum, sed erat apud D. Ro-
dericum consanguineum proximiorum D. Petri, quo ca-
su certa est conclusio, quod etiam in his casibus, in quibus
delictum patris solet nocere filio, ut in crimine felonie
in feudo non nocet: tamen quando feudum non erat apud
patrem delinquentem, sed alium, ita Bart. in. l. eum qui.
ff. de interdictis. Salicet. in. l. 2. C. de libert. & eorum libe-
ris, l. fernia in cap. 1. §. prætereà si vassallus. num. 10. versi.
in secunda quæstione, & post eum Afflictis num. 15. quæ
fuerit prima causa beneficii amittendi, Iacobinus in sua
inuestitura, in verbo dictique vassalli. nu. 60. versi. aut feu-
dum, ad hoc Curt. de feudis in. 5. p. n. 13. vers. sextus prin-
cipalis, Zasius de feudis, sub titulo ad quem feudum apertum
pertineat. nu. 98 pag. 135. Raunaudus in. §. poenæ. nu. 30.
pag. 63. Deci. conf. 445. nu. 68. Bursat. conf. 225. nu. 188.

Ratio assertionis, ut huiusmodi crimina quavis atro-
cia non præiudicent filiis in maioratibus antiquis, feudis,
emphyteusi, fideicommissis, ac cæteris iuribus, quæ quæ-
runtur descendentibus ex dispositione antecessorum ea
est, quæ sæpius, adducta fuit, quia nec lex quisquis, nec
alia lex ratione criminis læsæ Maiestatis diuinæ, vel hu-
manæ, tollit ius quæsitum, sed quærendum tantummodo, ut
ex autoritatibus superius citatis constat, quæ ut pluri-
mum hoc fundamento utuntur. neque contradicit pars,
quædo ius esset perfecte quæsitum apud filium, nec contra-
dicere poterat, cum hanc conclusionem ponant glossa, Cy-
nus, Ioann. Fab. & Salicet. in. d. l. quisquis. cum alijs citatis,
nec est qui dissentiat. ¶ Verum contradicit in casu de quo
agitur, quia tempore commissi delicti per patrem, nullum
ius dici poterat quæsitum Don Petro, & super hoc puncto
omnes suas intendit vires, sed verè neq; super hoc nobis
facien-

faciendum erat negotium, cum vt in præcedentibus informationibus dictum fuit fol. 2. versic. quod autem, & Senatoris Menochij, fol. 5. versic. 3. accedit, quam plurimum autoritate fuerit demonstratum, quòd ex cõstitutione maioratus, vel concessione feudi antiqui dicitur quæsitum ius omnibus descendentibus vocatis statim, vt nati sunt, licet ex istis vnus dicatur habere potiora iura, quàm alius: nam primogenitus dicitur habere potiora iura, quàm secundo genitus, & proximior dicitur habere potiora iura, quam habeat remotior: & vltra citatas autoritates, multas addit Osascus decis. vltima num. 20. Menochius conf. 534. nu. 9. & 10. & in proprijs terminis maioratus, hoc fundamento ita decidit Gomez in. d. l. 40. Taur. nu. 91. versic. 3. non obstat, Mieres in. d. 2. part. quæst. 4. in. 2. illatione, num. 6. versic. his autem minimè, ita vt non nisi sollicitè dubitari possit.

Aduocati tamè Ducis felicitate potius ingenij, quam veritate conclusionum, seruiens causæ, indubitatam resolutionem his medijs quærūt interuertere. Primò, quia vocatio Don Petri non sit pura, sed sub conditione, si illum præcedentes in gradu præcederent, quo casu certum est, non posse dici ius quæsitum, cum conditio posset, & non posset euenire, Bursatus conf. 221. nu. 14. lib. 2. vbi hac ratione probat, quòd fideicommissa conditionalia non transmittuntur: id què vltèrius cõprobatur, quia Don Petrus non erat primogenitus Don Roderici vltimi possessoris, quo casu primogenitus dicitur habere ius inuariabile, quod tolli non potest: Oldrad. consilio. 224. num. 27. Molina lib. 3. cap. 6. num. 37. cum imò primogenitus ius transmittendi habeat. Castren. consil. 164. num. 3. versic. ad secundum lib. 2. Molina vbi supra num. 38. & hæc consideratio nõ cadit in secundogenitis, propter

illam conditionem, quæ inest, si decesserit primogenitus, quini inò nec primogenitus dicitur habere ius quæ situm, si vocetur sub conditione aliqua, Bald. in. l. cum antiquioribus col. 6. versi. & præmitto, & col. penult. versi. 9. hoc probatur. Roman. consil. 438. n. 10. Atque ideò cum Dò Petrus fuerit vocatus sub conditione si alij præcederent, non potest dici, quod tempore quo incidit in hæresim Don Ioannes, Don Petrus haberet aliquod ius, cum esset vocatus sub conditione si alij præcederent, nec vbi proximior maioratum prætere potest, cum tempore mortis D. Roderici esset incapax ob patris delictum.

Secundò id probatur, quia certum est, quòd D. Petrus nullo modo potest dici Primogenitus D. Roderico, quia primogenitura est ius prioritatis honorificum, & vtile, còpetens filio, Licirier in tractat. de primog lib. 1. q. 1. gloss. Parisien. §. 8. gloss. 3. num. 2. vti autem proximior nò potest prætere ius, nisi tempore delatæ successione. Castren. d. conf. 164. nu. 5. versi. ad secundum, lib. 2. quo tempore est incapax.

Tertiò dicitur, quòd imò primogenitus viuente maioratu non dicitur habere ius quæ situm, sed ius quæredum, atque ideò hoc ius facillè tolli potest, Peralta in rubric. de hæredi. instituend. nu. 149.

Pro quorum omnium resolutione aduertendum est, posito, vt ex aduerso dicitur, quòd D. Petrus diceretur esse vocatus sub conditione, si alij præcederent, attamè verum est, quod erat vocatus, nec conditio suspendebat dispositionem, etsi suspenderet effectum dispositionis, hoc est, quod non poterat prætere bona, cum effectus primogenituræ esset suspensus alijs viuētibus, ita Goffredus in terminis, in. l. interuenit. ante numerum primum. ff. de legat.

gat. præstandis. & probat text. in. l. nam etsi sub conditio-
 ne. ff. de iniusto rupto. Zasius in. l. 3. ff. de legat. 1. vbi So-
 cin. lun. nu. 26. Bolognet. nu. 155. & proinde licet verum
 sit, quod nemo ante conditionis euentum dicatur habere
 ius certum, cum illud offuscatur remaneat à personis, quæ
 illum præcedunt, est tamen verum, quod statim vt quis
 nascitur ius habet, vt aliàs fuit probatum ex Isernia in. c.
 1. de feudi cognitione ex Bald. & Afflict. in cap. 1. an mu-
 tus, vel aliàs imperfectus. Præpositus in. c. 1. num. 14. de
 feudo Marchiæ Cagno. in proemio digestorum. nu. 177.
 Castren. d. conf. 164. nu. 4. Alciat. conf. 60. nu. 9. lib. 1. Pa-
 risi. conf. 23. nu. 128. & 129. lib. 1. Deci. conf. 498. n. 19. Ce-
 phalus conf. 4. num. 44. lib. 1.

Quod pariter vocatis sub conditione, ea pendente di-
 catur ius quæsitum, probatur ex ea conclusione, quæ com-
 munis est, quod substitutus sub conditione citandus est ad
 hoc, vt illi præiudicet legitimatio, Socin. in. l. Gallus. §. &
 quid si tantum. nu. 17. & sequen. las. nu. 139. vers. ex ista.
 Ruinus num. 198. ff. de lib. & posthum. Brunus vbi de cō-
 mu. attestatur, consil. 15. Parisi. conf. 9. num. 19. & sequen.
 lib. 2. Deci. conf. 55. num. 3. circa medium, vbi attestatur
 de communi. Marzarius conf. 46. num. 2. quæ citatio vti-
 que non requireretur, si pendente conditione nullum ius
 esset quæsitum, & adeò verum est, vt vocatus sub condi-
 tione, dicatur habere ius quæsitum ex dispositione illius
 primi disponētis, vt imò receptū sit, ius hoc per Principē
 tolli non posse, & idēdē concludunt DD. quod si filius vo-
 cetur sub conditione, si Seius decesserit sine filijs natis de
 legitimo matrimonio, Princeps nō poterit legitimare fi-
 lium ad exclusionē substituti, Bal. in. l. Gallus. §. si eius. ff.
 de lib. & posthum. Rip. in. l. ex facto. §. si quis rogatus. nu.
 46. ad Trebel. Paris. d. cōf. 9. nu. 45. & sequen. lib. 2. Socin.

Junior consil. 12. nu. 9. & sequent. lib. 4. & eandem cōclusionem latè probat Molina de primogen. lib. 1. cap. 8. nu. 31. sic pariter aliàs dicebatur, quòd hoc ius quæsitum spe, per Principem tolli non poterat in feudis, vt ex Bal. Aluaroto, Alexandro, Iafone, Rubeo, Alexandrino, Socino Juniore, Cephalo, Claro, Vasquez, Menochio, ac alijs, & in primogenitura hoc probatur ex Salone à Pace in proœmio. ll. Taur. nu. 327. ex Molina de primogen. lib. 1. c. 8. n. 31. & sequen. & lib. 3. c. 7. nu. 29. obseruãdo, quod recitati patres non considerant ius quæsitũ, respectu primogeniti tantũ, vel illius qui obtinet primum locum, sed considerant hoc ius respectu omnium descendantiũ, & vocatorum ad feuda, ad primogenituras, & ad fideicõmissa: quod apertius probat Bart. in l. eum qui. ff. de interditiis, cum alijs superiũs citatis in versi. conclusio autem, vbi fuit probatũ, quod etsi in feudis DD. dubitent, an feloniam patris noceat filio, quãdo pater possidet, & sic quando prima, & immediata causa erat filij: cõcludunt tamen absolutè, non præiudicare, quando pater nõ possidebat, sed auus, vel alius, & sic casu quo filij nõ erat primus gradus successionis, cũ illũ præcederet pater: & certè inanis videtur omnis vltior cõprobatio: nam quis diceret, q̄ pater, & filius possent disponere via cõtractus de feudis, de primogenituris, de fideicõmissis ad præiudiciũ aliorũ descendantium, etiam si multis gradibus distarent, vel agnatorum ad eadem iura sub conditione vocatorum: quòd si non possunt via contractus, ergò nec delicti, cum hos casus passim pacificent Doctores.

Nec contradicunt iura, & authoritates quæ in contrarium citantur, nemo enim negat, quin vocatus sub cõditione, dicatur habere ius, sed quidem intendunt, an tale ius sit adeò firmum, vt transmitti possit: qui articulus
fuit

fuit cōtrouerſum in illa ardua quæſtione de patruo, & nepote, quæ tandem, cum in materia primogenituræ iuris, quales iudicantur maioratus Hiſpaniæ, ſit decifa ad fauorem nepotis, poſſet pariter conſtanter aſſeuerari, ius hoc in primo genitura eſſe adeò firmum, vt tranſmittatur: & hac ratione præcipuè motus pro nepote conſuluit Caſtren. in. d. conſil. 164. Abb. conſ. 85. lib. 1. & alij plerique qui pro nepote ſtant: verum cū non ſit intentio hæc quæſtionem proſequi, dicitur noſtra non intereſſe in præſenti caſu, An ius iſtud conditionale ſit tranſmiſſibile, vel non? cum ſufficiat, quòd vocati dicatur ius eſſe quæſitū, aliquomodo, vt per delictum patris tolli non potuerit, ita in terminis Gomez in dict. l. 40. Taurinum. 91. verſi. 3. non obſtat, vbi conſiderat, filio non potuiſſe præiudicari propter ius quæſitum in ſpe tantum. idem Mieres in dict. 2. part. in 4. quæſt. in 2. illatione, verſic. his autem minime.

Nec dicatur, quòd tēpore euenientis cōditionis Don Petrus reperitur incapax propter delictū patris, quia negatur hoc præſuppoſitū, cum delictū patris non noceat in iure quæſito, etiā ſub conditione, vt ſuperius fuit demonſtratum in materia fideicommiſſorum, feudorum, emphyteuſis, & primogenituræ.

Nec obſtabit authoritas Gregorij Lopez in. l. 2. tit. 2. partit. 7. in verbo *mandas*, verſic. Si verò talia bona, vbi ex eo text. vult prædicta poſſe procedere in primogenitura conſtituta in contractu, ſecus in primogenitura conſtituta in vltima voluntate, quia talis ſucceſſio denegatur filijs proditorum, per. d. l. 2. quæ deſumpta eſt, ex l. quifquis. §. filij, ibique adducit rationem; quia cum quæ procedunt ex teſtamento, dicantur procedere de iure ciuili, facilius Princeps tollit ea, quæ procedunt de iure ciuili, quàm

quàm de iure gentium: Quia responderetur, quòd si pars
vult deducere argumentum à crimine læsæ Maiestatis hu-
manæ ex eo textu, capiat pariter declarationem, quæ de-
ducitur ex alijs legibus loquentibus de eodē crimine, qui-
bus expressè cautum est, pœnam criminis læsæ Maiestatis
humanæ nõ obesse filijs antea natis. l. 6. tit. 27. part. 2. leg.
3. tit. 9. li. 4. in novis Recõpilationib. nam si Dux Arcos
vult, hæc crimina esse æquiparata per omnia, necesse est,
vt admittat, quòd lex disponens aliquid in vno ex dictis
casibus, de necessitate loquatur etiam in alio, glo. in. l. si
quis seruo per suaserit. C. de furtis, Roland. a Valle, consi.
27. nu. 2. lib. 1. vbi alios citat.

Secundò dicitur, Gregorium (& pace sit dictū) malè lo-
qui: nam tex. in. l. quisquis, ex qua desumpta est. d. l. 2. qua
tenus prohibet, ne filij proditorum capiant ex vltima vo-
luntate, procedit quatenus in vltima voluntate aliquid
relinquitur post commissum crimen per patrē, non si an-
teà per fideicommissum fuisset relictū, ea ratione, quia ius
erat quæsitum ante delictum patris, vt superius abundè
fuit demonstratum, verfic. autoritate pariter, quam plu-
riū, ex Bald. Castren. Probo ad Ioan. Monachum. Socino,
Grammatico, & Simanca, fuit demonstratum, quod in cri-
mine læsæ Maiestatis diuinæ, vel humanæ delictū patris
non nocet filijs in fideicommissis.

Et ratio, quàm adducit Gregorius dicto loco, vt Prin-
ceps facilius possit tollere iura procedentia à testamētis,
quàm à contractibus, quia illud ius sit de iure ciuili, omni-
nò est erronea, quia licet solemnitates testamētiorū sint
introducæ de iure ciuili, ipsa tamen potestas testandi est
de iure gentium. l. nec enim. §. deportati. de militari testa-
mento. Doctores passim in. l. si testamētū. C. de testam.
Peralta vbi alios citat, in rub. ff. de hæredibus instituēdis,
num.

num. 140. & sequent. Couar. lib. 3. cap. 6. sed maximè num. 5. & sequent. variarum resolut. Crauet. consi. 135. num. 20. & sequent. in quibus locis pariter traditur hac eadem ratione, quod quia testamenti factio est de iure gentium, Princeps nihil immutare potest respectu eorum, quæ disposita in testamento reperiuntur, ita vt constet, dicta Gregorij Lopez, quãuis aliàs eminentissimi viri, vndique corrũere, & hãc Gregorij traditionẽ in specie improbat Molina, lib. 4. cap. 11. num. 51. versic. quamuis.

Ad illas verò bullas Pauli. III. & Sixti. V. commodius in subsequenti casu respondebitur.

Succedit nunc secundus casus, in quo fortem Achillem suum constituit pars aduersa. Anposito, quòd filius damnati de hæresi non priuetur successione maioratus, qui non habeat dignitatem annexam, an tamen prohiberi debeat succedere in maioratibus cum dignitate? & pro clara resolutione præsentis articuli considero, quòd etsi in factò (vt audio) verum non sit, quòd hic maioratus habeat titulum comitatus, vt ex aduerso præsupponitur, cum tamen habeat vassallos cum iurisdictione, dubitari non potest, quin habeat dignitatem annexam, & proinde eadem quæstio discutienda est, An filius damnati de hæresi, sit capax maioratus cum dignitate. Pro cuius decisione in primis videndum est, an filij damnatorum de hæresi dicantur notari infamia, & quo infamix genere: dictum autem fuit lege aliqua non probari, quòd filius damnati de hæresi noveretur infamia, & est verum, quia licet cap. 2. §. filij, & cap. statutum. 2. inhabilitent filios hæreticorum ad officia, & beneficia, non tamen afficiunt infamia, cum ex dispositione dictorum canonum non ceseantur inhabilitati ad officia secularia, Francus in cap. quicumq; .§. ad hoc. de hæreticis in. 6. &

ignis

tamen

82
tamen si essent infames, censerentur pariter inabilitati,
cap. infamibus. de regulis iur. in 6. l. i. C. de infamibus.
lib. 10. Quod si dicatur, hoc esse statutum in crimine læsæ
Majestatis humanæ, & ideo idem dicendum in crimine
hæresis, fuit responsum, huiusmodi extensiones minime
fieri debere, & clarius respondetur, quod si Dux vult de-
ducere fundamentum à legibus civilibus, loquentibus de
proditoribus, capiat pariter declarationes ad easdem le-
ges factas à iure civili Hispanorum, vt non habeat locum
in filijs antea natis.

Verum posito, quod dici possit, hos filios infamia ali-
qua notari, videndum est, qualis sit ista infamia, iuris, vel
facti: puto autem nos hic non versari in infamia iuris, sed
facti tantum ad summum: infamia enim iuris dici non po-
test, cum sit citra proprium delictum, & citra notam pra-
uorum morum, sine quibus non datur iuris infamia, illa
et enim tripliciter contrahitur. Primò per sententiam in
casibus expressis in. l. 1. de his qui notantur infamia. Se-
cundò ex genere pœnæ de facto illatæ. Tertio, quando
infertur ipso facto, sine alicuius iudicis ministerio, vt quã-
do lex notat ipsum factum, vt in tribus positis in. d. l. 1. in
principio. ff. ex quibus causis infamia irrogetur, vt in re-
misso ignominiosè ab exercitu, in faciente lenocinium,
& spectaculum sui corporis propter mercedem, gloss. in
l. istus furtium. ff. eo. Ioan. de Platea in. l. vnica. C. de infa-
mibus lib. 10 num. 3. Francus in cap. infamibus. de regul.
iur. in 6. At huiusmodi genus infamiæ opponi non potest
D. Petro, cum neque ratione delicti proprii, vel morum
infamia arguatur: quinimò nec malefactum eidem oppo-
natur. Erit igitur, vt dixi, notatus infamia facti, quæ stare
potest sine delicto, ac sine prauitate morum in iure nota-
torum, vt quando apud bonos, & graues viros quis non
effugit

effugit aliquam notam, glo. in c. infames. §. porrd. 3. q. 7.
 Azo in summa. C. de his qui notantur infamia. nu. 3. vbi
 dat exemplum, si procurator meus fuerit furti damnatus,
 Dyn. & Franc. in d. cap. infamibus. nu. 2. vbi alia ponunt
 exempla, vt si pater increpauerit filium in testamento, vel
 iudex interloquendo dixerit aliquē malē viuere, quæ nul-
 lum delictum præsupponant, sed tantum quò alicuius fa-
 ma grauetur apud bonos viros: idem Dec. cons. 530. nu.
 3. Rochus de Curt. in tract. de iure patron. sub rubr.
 ex quibus causis ius patronatus acquiratur, nu. 30. nā for-
 te poterimus dicere, quod etsi nullum delictum illi oppo-
 natur, ex quo notari possit infamia, attamen negari non
 potest, quin eius opinio sit grauata, ex quo sit filius dāna-
 ti de hæresi. Quòd pariter filij hæretici non sint notati in
 famia iuris, vltèrius probatur, quia tales filij possunt reti-
 nere beneficia iam obtenta ante delictum patris, vt aliàs
 dictum fuit ex Anchar. in c. vergentis. nu. 5. in fin. & post-
 eum Butr. & Ioan. Andr. de hæretic. Villadieg. de hæret.
 q. 23. reperto. Inquisitorum, in verb. filij. vers. supradictū
 est. Simanc. de Cathol. instit. c. 29. nu. 20. Couar. lib. 2. c. 8.
 nu. 4. Oxeda de beneficior. incompatibil. cap. 23. nu. 100.
 & tamen si essent notati infamia iuris, essent & inhabiles
 ad obtinendum, & remouerentur ab obtentis, cum quod-
 libet beneficium dicatur dignitas. Abbas & alij in c. que-
 relam. de iur. iurand. Lambertin. de iur. patron. par. 1. lib.
 2. artic. 16. q. 9. nu. 3. & est indubitatum, quia dum Cano-
 nistæ probant, infamem non posse prouideri semper, ci-
 tāt tex. in cap. infamibus. de reg. iur. in. 6. qui loquitur de
 dignitatibus, an infames infamia iuris priuentur etiā ob-
 tentis, Dyn. & Franc. in d. c. infamibus. Bart. Ioan. de Pla-
 tea, & alij in l. 2. C. de infamib. & in terminis beneficij pro-
 bat tex. in cap. inter dilectos. de excessibus prælator. Ab-

80
bas, & alij in cap. super eo. de elect. & in cap. quendam. de iur. iurand.

Hoc autem præsupposito, quòd tales filij dicantur notati tantum in fama facti, sequitur vt licet admitti nõ debeant ad novos honores, & dignitates, non priuantur tamen habitis, aut his ad quas ius sibi quæsitũ est ex dispositionibus ascendentium, qui ante crimen patris decesserint. Quòd modo non priuentur honoribus & dignitatibus iã obtentis, probatur, quia infamia facti, licet arceat à dignitatibus acquirendis, non priuat tamẽ iam habitis, ita Butr. in c. sciscitatus. nu. 18. & post eum Felin. n. 11. ver sic. dũ dicitur hic. de rescrip. idem Calderin. & Abb. in c. super eo. de electio. additio ad Dyn. in d. cap. infamibus. idemque ex his, quæ proximẽ dicta sunt, constat, scilicet, quòd filius hæretici non priuatur beneficijs obtentis: sic pariter dicimus, quòd filius hæretici non priuatur nobilitate, quã ipse acquisiuit ante delictum patris: Otalor. in titul. de nobil. Hispana, par. 4. quæst. 5. Simanc. de Cathol. instit. cap. 29. num. 18. pariter filius proditoris non priuatur officio, quòd acquisiuisset ante patratum crimen à patre, Beroi. conf. 155. numer. 5. lib. 3. Roland. à Vall. conf. 78. nu. 10. lib. 4. Idquẽ clarius probat tex. in d. l. quisquis. §. filij. vbi non dicitur, quòd priuentur honoribus, sed inquit, quòd ad nullos honores perueniant, & sic de acquirendis in futurum, cum verbum, perueniant, sit futuri temporis, idemq; probat tex. in d. l. 2. tit. 2. par. 7.

Quòd pariter non priuentur his dignitatibus, ad quas ius habebat ante delictum patris, probatur ex dict. l. quisquis. §. filij. & ex dict. l. 2. tit. 2. par. 7. vbi ista duo æqualiter determinant, quòd filij proditorum non possint succedere ex testamento, vel ab intestato, & quòd ad honores, & dignitates non perueniant, & proinde sicut quòd de successio

cessionibus dictum est, intelligitur de successioneibus, ad quas nullum ius competebat ante delictum patris, nō de his, ad quas ius aliquod competebat, vt in præcedenti casu abundè fuit comprobatum: ergo idem dicendum erit respectu honorum, & dignitatū, vt non admittantur quidem ad novos honores, & dignitates, sed non arceantur ab his, ad quos ius habebant ante mortē patris: vt ita vna dispositio respiciens plura determinabilia, æqualiter determinet. Iam hoc iure, de vulg. & vt dispositū in vno ex æquiparatis, censeatur pariter in alio dispositum.

Secundò id probatur autoritatibus multorū Iuriscōsultorum, nam postquā cōstituerūt regulā, vt propter crimen læsæ maiestatis cōmissum à patre, filij, & descendentes priuentur feudo ob tacitā conditionē, quæ cēsetur inesse concessioni feudi, dūmodo sit fidelis, dat declaracionem, quando distinctæ viderentur esse concessiones, puta si dictū foret, qd feudū vadat de vno in alium, nā tunc filius non priuatur ob delictū patris: & tamen negari nō potest, quin sit notatus infamia: iux. tex. in d. l. quisquis. §. filij, & est pariter verū, quod feudum nō erat perfectè quæsitū filio ante delictū patris: ecce igitur quod filius rebellis ob prætenfam infamiā non priuatur, quin habere possit feudū sibi debitū ex dispositione ascendentiū: hanc cōclusionē in genere probant Bald. Aluar. Ifern. in c. 1. §. fi. quæ fuer. prim. caus. benef. amittendi. Iacobin. in sua inuestit. in verb. dictiq; vassalli. nu. 58. Zaf. de feud. par. 10. cōclus. 4. Clarus in §. feudum. q. 66. vers. sed in omnē. vbi de cōmuni attestatur, & ne possit dubitari, quin hæc conclusio habeat locum, & in crimine læsæ maiestatis, & in feudis habentibus dignitatē, videatur Alexand. conf. 103. n. 17. lib. 1. vbi loquitur in crimine rebellionis, & de feudo castri Spilimberti, & sic feudi cum dignitate.

80.
Sic pariter DD. post constitutam dictam regulam, ut
fellonia patris noceat filiis, limitant, quando feudum fuis-
set apud patrem, secus si apud auum: ut abundè superius
fuit ostensum in vers. conclusio autem. vbi Doctores lo-
quuntur de feudis in genere, quæ possunt comprehende-
re feuda dignitatum, & de crimine felloniæ, quod potest
cõprehendere crimen læsæ maiestatis, & in terminis feu-
di cum dignitate, & criminis læsæ maiestatis loquitur De
cius in conf. 445. nu. 68. & per totum: nã controuersia erat
de baronia Palazoli, & certum est, Baroniam esse hono-
rem: ita pariter Bui sat. conf. 225. per totum, sed maxime
nu. 188. vbi loquitur de magnis castris in feudum conce-
ssis, & sustinet, quod filij non obstãte. l. quisquis. in illis suc-
cedunt, ergò constat, quòd prætenfa infamia illis nõ præ-
iudicauit in dignitatibus quæ suis ex dispositione ascen-
dentium.

Tertiò id probatur autoritate Bald. in l. 1. C. de secũ
dis nupt. vbi Ioann. de Garronibus nu. 19. Tiraq. in tract.
de nobilit. c. 24. nu. 6. Bertachin. in suo repertor. in verb.
mulier secundo nubens. vbi tradunt, quòd licet propter
infamiam amittatur dignitas, non tamen amittatur digni-
tas quæ venit in consequentiã, atquè ideò determinat
quæstionem, quòd licet mulier secundo nubens intra an-
num, efficiatur infamis, si tamen habeat Comitatum ex
successione, non amittit illam dignitatẽ, ea ratione, quia
in consequentiã multa retineantur, quæ non possunt
retineri principaliter. l. si is qui duos. de liber. legat. quo-
rum autoritate Molina lib. 1. cap. 13. num. 13. & sequenti
infert ad decisionem formalis quæstionis nostræ, & con-
cludit, quòd infamis potest succedere in maioratu habente
dignitatem annexam.

Ad hoc fundamentum respondent aduocati Ducis,
Baldũ

Baldum in d. loco moueri tribus rationibus, & prima, quod mulier teneret Comitatum, & sic quod esset in possessione. Secunda, quod dignitas sit annexa territorio. Tertia, quod retinere possit in consequentia, quod principaliter haberi non potest, quibus statibus contendunt. Primo, quæstio non Baldi non applicari ad terminos nostros, cum D. Petrus non sit in possessione. Secundo contendunt doctrinam Baldi, & sequacium de iure sustineri non posse, quod non possit applicari, ostendunt, quia Baldus præsupponit mulierem fuisse in possessione Comitatus, quo casu fortior erat ratio iuris retinendi, quam de nouo acquirendi. Verum hæc consideratio facile tollitur: nam in primis dicitur nos hic non versari in iure quærendo, sed in iure quæsito, quia primogenitus succedendo non dicitur de nouo acquirere, sed acquisitum capere: ut sapientius dictum fuit ex gl. & Iser. in c. 1. de feud. cogn. Paris. conf. 23. nu. 18. lib. 1. & statim ut quis nascitur, primogenitura in eo fundata est, licet quo ad bona effectus suspēdatur. Præpos. in d. c. 1. n. 14. de feud. Marc. sic constat nos versari in similibus terminis. Secundo dicitur consideratione iuris quæsitum, & iuris quærendi non posse illius decisionem alterare, cum quæstio Baldi versetur in terminis infamiae iuris, scilicet mulieris nubentis intra annum luctus, ex quo actu incurritur iuris infamia, Azo in summa. C. ex quib. caus. infam. irrog. nu. 5. quo casu, quod attingit ad dignitates, nihil interst, an tractetur de illis acquirendis, vel de illis retinendis, cum infamia iuris ita priuet acquiritis, sicut impedit acquirendas. Dyn. in d. c. infamibus. vbi Franc. de reg. iur. in. 6. Bart. & alij in l. 2. C. de dignita. lib. 12. Ioan. de Plat. in l. 1. C. de infamib. lib. 10. cum similibus atque ideo vbi non militaret argumentum, quod dignitas veniat in consequentiam perperam, Bald. loquutus fuisset, cum infamis infamia iuris non retineat dignitates.

92
Opponuntur igitur secundo loco, Baldum in terminis iuris falli, dum putat dignitatem, vel iurisdictionē cohæ- rere territorio, cū hoc sit falsum de iure, cū concessio ter- ritorio, non censeatur concessa iurisdicção: quod l. 1. tit. 10. lib. 5. tecop. cautum expressè fuit. Verùm aduertatur ne æquiuocemus, quia Bald. non inquit, quòd iurisdicção semper cohæreat territorio, neq; enim hoc potuisset di- cere, cum detur territorium sine tali iurisdictione, sed di- cit quidē, quòd quando iurisdicção est in territorio, dici- tur accedere territorio: nā iurisdicção dicitur esse quædā qualitas territorij, & dicitur inesse territorio, sicut acidū, & musidū in vino: Bald. in l. data opera. nu. 28. in fin. & n. 29. C. de his qui accus. nō poss. qui si placet, videatur sic, si- cut acrimonia, & muffa non insunt de necessitate vino, sed vbi insinūt, dicuntur qualitates vini, ita iurisdicção nō inest de necessitate territorio, quia territoriū potest sta- re sine ea, sed quando inest, dicitur esse qualitas territorij, & adeò verū est, q̄ quando iurisdicção inest territorio, di- citur esse qualitas territorij, vt imo verū sit, quòd de iurif- dictione dicatur, vt de territorio: ita Bart. in l. arbor. §. iu- dex. ff. cōmu. diuidun. vbi inquit, quòd licet iurisdicção nō veniat in iudicio communi diuidundo: attamen hoc nō procedit, quando cohæret territorio: quia tunc sicut diui- ditur territoriū: ita etiā diuiditur iurisdicção, at in casu de quo agitur, etsi non cōstet, an iurisdicção sit cōcessa perso- næ, vel rei: attamen in dubio præsumetur concessa rei, vt ita concessio Principis sit plenior. l. fin. de consti. Princi. Dec. in l. in omnibus. nu. 5. ff. de reg. iur. & quādo dubita- tur, an concessio sit facta personæ causæ, vel rei, præsumi- tur facta rei: Bald. in l. apud Iulianū §. 1. de leg. 1. Anchar. cons. 37. nu. 3. Alex. in l. quia tale. nu. 2. ff. solut. matr. & vbi vellemus dicere, quòd imò iurisdicção actiua cohæret

per-

personæ, vt dominium respectu fundi iuxta opinionem Bart. in l. r. de iurisdic. omnium iudicum: autamen cohæret ratione territorij, sine quo non datur iurisdic. Bald. in l. si quis ex concessu. numer. 9. in fin. C. de Episcop. au dien. in l. final. C. vbi & apud quem. Boerius decisio. 227. atquè ideo iurisdic. respectu territorij consideratur, vt qualitas.

Et ex prædictis patet pariter solutio ad id, quod dicitur, iurisdic. non posse hic venire in consequentiâ, cū non tractetur de iure vniuersali, qualis est hæreditas: sed de maioratu, qui est ad instar particularis fideicommissi, vt inquit Velasc. de iure emphyteo. q. 50. nu. 29. nam in primis dicitur, quòd ista opinio est erronea, cū imò territorium, sine quo iurisdic. esse nō potest, dicatur esse quid vniuersale, atq; ideo recipit augmentum & diminutionē, DD. in l. si ex toto. de leg. 1. Bald. in l. cūctos papales. col. 1. in fin. vers. sed iuxta hoc incidenter quæro. Curt. Seni. conf. 76. nu. 9. vbi per hoc concludunt, quòd aucto territorio augetur iurisdic. Est etiam erronea hæc argumentatio, quòd in consequentiâ aliquid non possit accedere, nisi iuri vniuersali: nam contrarium probat Corsetus in suo singulari, in verbo legatum. vbi vult, quòd ornamenta preciosiora cedant legato vestitū, quia ornāmēta accedunt: citat Roman. in singular. 622 aliud exemplū ponit Portius in §. literæ instituta. de rerum diuis. Marsil. conf. 123. nu. 35. sic etiam videmus, quòd iudex causarum ciuiliū punit testem criminaliter, qui falsum coram eo deposuerit, quia cognoscit in cōsequentiâ Bart. Bald. & alij in l. nullum. C. de testib. Bald. in l. 4. §. præterea. nu. 2. de suspectis tutoribus, Bosius in sua praxi criminali, de foro competenti. num. 121. & sequent. & tamē constat, quòd neq; legatū vestitū, neq; iurisdic. in ciuilibus

non continent ius vniuersale, & possent infinita alia exēpla adduci. Contradicit pariter hæc consideratio Bart. in d. l. arbor. §. iudex communi diuidundo. vbi præsupponit, quòd quādo iurisdictio inest territorio, veniat in iudicio cōmuni diuidundo, contradicit Bald. in d. l. data opera. n. 28. in fin. & n. 29. vbi considerat iurisditionē, tanquā qualitatem territorij, & sic non dicit, quod sit qualitas hæreditatis, sed qualitas territorij.

Videndum nunc est de veritate tertix oppositionis, dū negant conclusionē Baldi veram esse in iure, quòd quando iurisdictio principaliter non potest retineri, possit retineri in consequentiā, & omiſſis aliquibus, vt leuioribus consideratur ex aduerso: in primis, quod tex. in l. si is qui duos. de liber. legat. non probat, quia incapax non capit. Verūm hæc non est inductio Baldi, sed eius est intentio, vt is qui capax est, in consequentiam capiat totum legatum, cum tamen non deberet capere, nisi medietatem, sic verum est, quòd in consequentiam veniunt aliqua, quæ non veniunt principaliter.

Secundo cōsideratur, quod cum in isto maioratu duæ adsint causæ, vna permissiua, scilicet bonorum, & redditus, altera prohibitiua, vt iurisditionis, & dignitatis, causa prohibitiua præualere debet ad notata, in l. si Rufinus. C. de testam. milit. huic considerationi satis plenè respōdit D. Menochius, nec dicta eius repetā, sed addo alteram respōsionem, quòd in ea quæstione, quando concurrunt duæ causæ, vna prohibitiua, altera permissiua, quæ debeat attendi. Ea est certa conclusio: quod semper vincit illa, quæ est potentior Bart. in l. 3. §. fin. ad Sylla. Ias. in d. l. si Rufinus. & in l. si arrogator. num. 46. de adoptio. At potentius est ius territorij, quàm iurisditionis, cum territorium sit subiectum: iurisdictio vero qualitas, vt toties di-

aum

Etum fuit, ergo vincet causa territorij, tanquam potēior, cuius capax est infamis.

Tertio ea ducitur, quod semper maius dignum trahit ad se minus dignum, quodq; denominatio fit a digniori, & quod illud, quod est minus dignū, censetur accessorium ad illud, quod est magis dignum. c. si cui. de præben. in. 6. & quod ideò cū iurisdictio sit dignior, illa attendi debeat: hinc postea infertur ad aliquas decisiones, quod si quis sit incapax hospitalis, si hospitali vniatur parrochia, ille nō poterit capere hoc beneficium, cum hospitale sit vt principale, quod si parochiæ vniatur hospitale, poterit capere: glo. in Clem. per literas. de præben. Ancar. in cap. super eo. eod. tit. lib. 6. Verum solutio est facilis: Nā si æquē principaliter concurrant minus dignum, & magis dignū, tunc semper attenditur magis dignum: si verò quod magis dignum est, non consideratur principaliter, sed accessorie, tūc attenditur illud quod est principale, vt superius dictum fuit de ornamentis, quæ sunt magis pretiosa, de punitione criminali in iudice civili, quia nō inspicitur, quæ res sit preciosior, sed cuius rei ornandæ causa fuerit adhibita. l. etsi non sint. §. fin. de auro & argen. leg. atque ideo licet quis de iure non possit habere duo curata, vel dignitatem, & curatum. c. de quarta. de præben. attamen nō prohibetur quis habere curatū, cui sit vnita dignitas. Ancha. in d. c. super eo. vbi multa dicit, quæ ad hoc propositum faciunt, & cum Ecclesia alteri vnitur, recipit illius omnes condiciones: Petrus de Perus. in tract. de vnionib. c. 1. idque pariter ex aduerso admittitur, atque ideo in præsentis controuersia solutio pēdet ex eo: an hic iurisdictio stet accessorie territorio, an vero territorium accedat iurisdictioni, cuius indagationis veritas de se patet, cum vt dictū fuit, iurisdictio sit qualitas, & iurisdictio consideratur, tanquam

tanquã nebula super pallude, solis calore generata, Bald. in Imperium, in princ. de iurisd. omni. iudic. & in cap. ad hæc. de pace iuramen. firmanda. Socin. conf. 74. in r. col. lib. 1. & iurisdicio consideratur in territorio, sicut seruitus in re inanimata. Bald. in d. c. ad hæc. col. 2. Curt. Seni. in conf. 57. col. pen. vers. sed nos loquimur, vbi per hoc consuluit, quòd aucto territorio, augetur iurisdicio: ergò necesse est, vt concludamus, quòd iurisdicio non consideratur de per se, sed semper accessoriè, sicut qualitas, & seruitus, quæ semper accedunt, & non stant sine subiecto: impossibile est igitur considerare iurisdictionem in territorio principaliter, cum imò semper accedat, siuè cohareat territorio, siuè personæ ratione territorij.

Ex his igitur cõstat intentionẽ D. Petri probari ex doctrina Baldi, & sequatium, quã verissimã esse fuit demonstratum, quòd licet infamis non sit capax dignitatis, quæ de se consistat, vt quòd sit Corrector, Alcalduus, Consiliarius, vel etiã si esset simpliciter Comes: erit tamen capax iurisdictionis, quæ accedit territorio, vel quæ datur ratione territorij, vbi territorij sit capax, quòd in terminis tradit, & multis probat Molina in tract. de primogen. lib. 1. cap. 13. num. 13 & sequen. quòd pariter videntur probare Gomez. in d. l. 40. Taur. nu. 91. & Mieres d. quæst. 4. in. 2. illatio. dum generaliter loquuntur de maioratibus, nulla distinctione facta, an sint cum iurisdictione. Vrget quæ magis hæc consideratio, cum maioratus in Hispania, vt plurimum habeant iurisdictionem, & vassallos, Gregor. Lop. in l. 2. tit. 2. par. 7. in verb. mandas. vers. & tamen primogenitura. Et hanc opinionem etiam in filijs postea natis probat Molina dict. lib. 4. cap. 1. num. 55. de primogen. & licet postea dixerit, duum videre, quòd filius hæretici qui non potest esse cõductor, vel mercator, possit habere
maio-

maioratum cum vassallis, respondet se habere pro exploratissimo, quod filius antea genitus poterit habere talem maioratum.

Neq; obstat doctrina Gregor. Lop. in d. l. 2. tit. 2. par. 7 in verb. madas. vers. pro resolutione. vbi indistinctè vult, quòd si maioratus sit cum iurisdictione, & dominio vassalorum, quòd filius tanquam infamis admitti non debeat ex tex. in d. l. quisquis. quia vt ex prædictis patet Grego. etsi alioquin vir multæ lectionis, & doctrinæ nõ bene loquitur etiam in crimine læsæ maiestatis humanæ, cū lex quisquis nõ procedat in iure quæsito, qualiter istud erat. Secundò dignitas veniebat accessoriè, & in cõsequentiã, quo casu subintrat doctrina Bald. in l. 1. C. de secund. nuptijs. Tertio dicitur, q̄ quicquid sit de iure cõmunni Romanorũ, de iure Hispano filij nati ante prodicionem patris, non sunt infames, nec puniuntur pœnis legis.

Non obstat pariter l. 3. tit. 3. lib. 8. recop. quia siuè deducat pars fundamentũ ex verbis, siuè ex mente: semper verũ erit legẽ prædictã non obstat. nã ex verbis nõ legitur, q̄ successiones aliquæ, & præsertim illæ, quæ sunt in maioratu reperiantur prohibitæ, sic solũ fieri poterit fundamentũ super eo, q̄ dicitur: *Ni tener otro oficio publico, ni real en nuestra casa y Corte, o Chancillerias,* & paulò post, dũ dicitur: *Ni tener otro oficio publico ni real en alguna delas ciudades villas y lugares de nuestros reynos y señorios,* quasi q̄ possidã maioratũ cum iurisdictione dicatur officialis: Affliet. in c. 1. in verb. potestas. quæ sint regalia, & in c. capitaneorũ. in. 5. notabil. in constitution. Regni, Franc. in decis. 211. & 274. vbi dicũt barones regni posse dici officiales regios verũ respõdetur primo, quòd etũ secundum latam significationem barones possint contineri appellatione officialium, sicuti etiam continentur Papa, Imperator, Rex,

& huiusmodi, vt notant DD. in rub. ff. de officio eius. Pa-
 um. in tract. de auth. c. sede vacante. in 2. præmisso: attamē
 secundum strictam, & propriam significationem, & secun-
 dum cōmunē vsū loquendi, officialium appellatione
 non veniunt nisi illi, qui iurisdictionem exe. cent alieno
 nomine: idq; de se patet, nemo etenim vt arbitrari auduit
 Barones, vel habētes maioratus cum iurisdictione, nomi-
 nari officiales. At verba debent intelligi secundum com-
 munem vsū loquendi, Bart. in l. omnes pupili. ante nu.
 59. de iust. & iur. in l. Labeo. nu. 5. de supelle&. leg. Crau.
 & conf. 9. nu. 30. conf. 166. nu. 10. Couar. lib. 3. variar. re-
 solut. c. 1. quod procedit etiam stante statuto, quod verba
 intelligantur ad literam Bald. in d. l. omnes populi. colu.
 pen. vers. tertio loco. Tiraq. in cōmen. retract. lib. 1. §. 2.
 glos. 1. nu. 6. in terminis, quod ex communi vsū loquendi
 appellatione officialium, veniant tantum illi, qui exercēt
 iurisdictionem nomine alieno: probat Butr. conf. 74. nu. 3
 ibi officialis enim strictē appellatur, qui sub alio ministe-
 rialiter iurisdictionem exercet, & paulò post, & hoc habet
 communis vsus loquendi in talibus attendendus Alciat.
 in terminis in conf. 31. quæritur, an exceptio lib. 3. quod
 est secundum primam impressionē, conf. 194. vbi stanti-
 bus ordinibus Mediolan. quod delinquens in officio non
 possit habere gratiā: concludit feudatarium non cōpre-
 hendi in dicto ordine, quia secundum cōmunē vsū lo-
 quendi, nō veniat appellatione officialium, & secundum
 hāc opinionē bis vidi iudicari per senatum Mediolanen.
 Primò, stāte constitutione, q̄ corrupens officialē punia-
 tur in ducentum, quæsitum fuit, an hoc habeat locū in cor-
 rumpente feudatariū, & pro negatiua cōclusū fuit. Rursus
 in testamēto Augusti Abdux, qui cū testatus fuisset, quod
 si Comes Constantinus eius filius decederet sine filijs,

vocarentur agnati proximiores, hoc modo, vt omnium agnatorum suorum proximiorum ponerentur nomina in pixide, ita vt si qui foret officiales Regij, & Ducales, eorum nomina duplicarent, & ille cuius nomen primo extraheretur, is haberet integrā hæreditatem: modo quaesitum fuit, an Raynaldus Abdua, qui habebat in feudum à Rege oppidum Pandini in dominio Mediolanensi cū maro, & mixto imperio, ac omnimoda iurisdictione, diceretur officialis, & per prædictas rationes conclusum fuit, eū minimè officialem dici posse. Idq; vltius comprobari potest ex verbis dictæ legis tertix: nam dum referuntur nomina officiorum, quorum sunt incapaces filij dānatorum de hæresi, exprimuntur tantummodo officia, in quibus ministerialiter quis se exercet, vt Consiliarius, Auditor, Alcaldu, Alquecillus, Thesaurarius, & huiusmodi, & quæ ad libitum solent, vel à Principe, vel ab vniuersitatibus conferri, atq; idè licet exempla recitata non restringant regulam generalem, in qua Princeps loquitur de officijs Regijs, & publicis. l. cum patet. §. dulcissimis. de legat. 2. attamen declarant, secundum quos terminos debeat regula intelligi. l. nam quod liquidæ. in fin. de penu. legat. vbi Bart. & alij, consequenter regula de officijs debet intelligi de alijs omnibus, quæ ministerialiter exercentur: & certè mirū, quòd si Princeps voluisset priuare hos homines maioratibus, hoc non dixisset specificis verbis, cum casus sit aded frequens, & dignitate superent tot officia, quæ numerantur, neq; super hoc est vltius insistentum, cum præter nomina officiorum expressa Rex in subsequenti lege prohibeat omnem interpretationem, eam sibi reseruans.

Secundò dicitur, quod lex prædicta disponēs filios hæreticorum nō posse habere officia, debet intelligi secundum

204
dum Bald. in d. l. r. C. de secund. nupt. de officijs de per se
consistentibus, non verò de officijs quæ veniunt in conse-
quentiam successionis maioratus.

Si vero ex mente arguatur, vt quia lex Hispana pro-
hibet, ne filius, vel nepos damnati de hæresi non possit
esse Consiliarius, neq; Auditor, Alquezillus, aut habere
aliquod officium publicum, nec aromatarius, multò ma-
gis cõsetur prohibere, ne possit habere maioratũ cũ iuris-
dictione. Primò etenim, vt aliàs dictũ fuit in primis infor-
mationibus, fo. 4. vers. nec obstat. argumentum à maiori-
tate rationis non procedit in pœnalibus, quando delictũ
non remanet impunitum, nec pœna canonũ aduersus fi-
lios hæreticorũ egreditur casus, de quibus ipsi Canones
loquuntur; atquẽ ideò licet inhabilitent filiũ hæretici ad
habendum officium, vel beneficium, non tamen censen-
tur inhabilitare illum ad eligendum aliquem, nisi id dica-
tur. Abbas in c. excõmunicamus. num. 5. Ioan. Andr. nu.
25. Card. dict. cap. 5. credentes. nu. 2. de hæret. vbi inquit,
Nota, quòd licet filius hæretici non possit habere benefi-
cium ecclesiasticum, vel officium publicum, eligere tamẽ
potest ad illum, sufficit enim, quod non est prohibitum.
Geminianus in cap. 1. §. hæretici. circa fin. de hæretic. nu.
6. Simanc. in suo Enchiridion, quæst. 63. num. 8. idem ge-
neraliter, quod in crimine læsæ maiestatis diuinæ, vel hu-
manæ quis non puniatur nisi in casibus à lege expressis,
tradit Simancas in comment. Cathol. institution. lib. 29.
num. 18. & 19. Menochi. conf. 526. num. 4. in. 1. præmissio;
Sfortius Oddo super eodem casu conf. 38. quod deduci-
tur ex regula, quòd pœna non imponitur, nisi manifesto
iure cautum sit. l. si quis. §. diuus. ff. de religiosis, & sumpti-
bus.

Multo magis autem dicendum est, vt dict. l. 3. non tra-
hatur

hatur ad ius quæsitum, aliter quam ex facto patris, cum aliud sit tollere ius quæsitum, aliud quærendum, & tanto magis, cum hæc dignitas veniat in consequentiam successionis: sic cessat ille punctus, quem excitauit Molina in d. tract. de primogen. lib. 4. cap. 17. nu. 54. durum scilicet videri, quod filius hæretici non possit habere officium publicum, vel etiam esse conductor vectigalium, possit postea habere vassallos, vel iurisdictionem, quia durius videtur, quod filius antea natus ob delictum patris prohibeatur habere huiusmodi officia, cum scriptum sit: Filius non portabit iniquitatem patris: atque ideo lex pœnalis, & ferè dicam irrationalis, non debet extendi ad casus nō expressos, & multo minus non debet extendi ad præsentem casum, vbi non tractatur de nouo officio, vel dignitate acquirenda, sed de iure quæsito retinendo, vel continuâdo, in quo auctoritatem priuandi Princeps non habet, & hoc casu cum don Petro, sentit Molin. d. loco nu. 55.

NON obstat pariter Extrauagans, incipiens, cum Redemptor. Pauli tertij summi Pontificis, siue (vt verius dicam) sententia lata per dictum Paulum tertium contra Hæricum Regem Angliæ, quia non tantum ipse Rex, eiusq; fautores, complices, & adhærentes, verum etiam eorum filij & descendentes priuantur omnibus dignitatibus, & honoribus, in quibus constituti sunt, nec non omnibus priuilegijs, & concessionibus, dominijs, & ciuitatibus, terris, castris, & villis commendatis in feudum, vel emphyteusim datis, ac etiam omnibus bonis mobilibus, & immobilibus, iuribus, & actionibus, priuantur que pariter omnibus beneficijs, quæ possident, & inhabilitantur ad obtinenda, declarantur que prædicti omnes culpabiles, eorūq; descēdentes infames, ita vt ad testimoniū nō admittantur, testamētaq; codic. illos, aut alias dispositiones
inter

inter viuos, vel in vltima voluntate condere nō possint.
Quia in primis dicitur, sententiam illam opitulari intentioni D. Petri, cum quatenus agit de filijs Henrici, se restringat ad filios Annæ Bolenæ, non vero loquitur de filijs Catherinæ, imò illius prolem, scilicet Mariam vidimus summo cum Pontificis, ac totius Reipublicæ Christianæ gaudio successisse. Nec dicatur hoc factū fuisse ex gratia particulari, cum priuilegia non præsumuntur, & in dubio quis præsumitur vsus iure communi. Secundò dicitur per summū Pontificē eo in casu non fuisse factā legē, sed potius attenda casus grauitate, præmissa prius canonica monitione, voluisse afficere dictis pœnis Regē, eiusq; fautores, ac eorum descendentes, vt alij eorum exemplo perterriti discerent ab huiusmodi excessibus abstinere. Nequē hoc in iure nouum est, nam videmus, quòd Bonifacius ob schisma, & hæresim Iacobi Cardinalis Colūnæ, & Petri pariter Cardinalis filij Ioan. Columnæ, non solū priuauit Cardinalatu, alijsquē pœnis affecit dictos Iacobum & Petrum, verum etiam priuauit alios Ioannis filios omnibus bonis, eiusq; descendentes in perpetuum inhabiles reddidit ad Cardinalatum, & ad obtinendum quæcunq; officia, & beneficia in Curia Romana, extra verò Curiam inhabilitauit omnes illius descendentes, vsq; ad quartam generationem, vt habetur in cap. vnic. de schismaticis in. 6. & tamen nemo dixerit, quòd per illum canonem sit correctā dispositio. c. cum secundum. & cap. statutum. Nemo etiam dicat, quòd pœnæ hæreticorum trāseant ad fratres, prout in recitato casu cæteri filij Ioannis fuerunt puniti propter schisma, & hæresim Petri eorum fratris, & vt alias dictum fuit durius semper consueuit agi per summos Pontifices contra magnos Principes, eorūq; fautores, vt a schismate, & hæresi auertantur ob maius periculum,

riculum, quàm contra priuatos, ita Molina in. d. tractat; de primogen. libr. 4. cap. 11. numer. 37. & quod non in vim legis generalis prædicta statuerit Paulus. III. ex pluribus constat: quia priuat omnes descendentes, quamuis innocentes omnibus officijs, & beneficijs quæ habebant, & tamen, vt superius demonstratum, hoc est contra iuris terminos, priuat pariter illos omnibus bonis mobilibus & immobilibus contra dispositionem canonum, & generalem totius Reipublicæ Christianæ obseruantiam. Inhabilitat vltterius omnes fautores, & eorum descendentes ad contrahendum, quòd nemo vnquã dicit seruatum fuisse, vbi tractatur de hæresi simpliciter, atque ideò constat, non in vim legis, sed in odium certæ personæ emanasse dictum rescriptum. §. sed & quod Principi. insit. de iure naturali gētium, & civili, & in iure hoc receptum est, quod sententia Principis habet vim legis, quando fertur super casu nouo nunquam deciso. gloss. Bald. & Salicetus in. l. finali. C. de legibus, & Abb. in cap. in causis. num. 4. Felinus nume. 4. de re iudicata, secus si feratur super casibus iam decisis: nam tunc accipienda erit interpretatio, quod vel in gratiam, vel in odium hoc factum sit.

Eodemque modo respondetur ad sententiam latam per Sixtum. V. contra præensum Regem Navarrae, vltteriusque additur, quòd quatenus illa haberet vim legis, eius virtus non produceretur ad præsentem controuersiam, cuius casus ante dictam legem euenerat, cum legis sit, futuris dare formam negotijs, non præteritis.

Vltimo loco non obstat ratiocinatio partis aduersæ, dum nititur probare incapacitatem Don Petri, ex voluntate

288
Iustate fundatorum ex mente Regum, qui dicta bona concesserunt, ac ex expressa dispositione Caroli V. inuictissimi Caesaris, ac Hispaniarum Regis: quia quod attinet ad voluntatem fundatorum, & Regum, dicitur, illam esse præsumendam conformem dispositioni iuris, Bart. & alij, in. l. hæredes mei. §. cum ita ad Trebellia. & proinde, si de iure Don Petrus est habilis ad succedendum, talis etiam fundatorum, & Regum præsumitur voluntas. Quod verò attinet ad conditionem appositam per Imperatorem in confirmatione, vt scilicet maioratus amitti non possit, nisi ob crimen læsæ Maiestatis, diuinæ, & humanæ, respondetur nihil omninò ad rem facere: nam loquitur Caesar, quando possidens incurreret prædicta crimina: nam tunc propter dictam conditionem talis delinquens possessor priuaretur. Cæterum an talis priuatio induceretur ad præiudicium filiorum, nihil dicit, sicque remanemus in terminis iuris, multò autem magis dicendum est, prædictam considerationem ad rem non facere, cum possessor nò deliquerit, atque ideò de aliqua priuatione tractare non possumus.

Prædictis accedit, quod cum iudiciũ sit de Tenuta, vt post conscriptas iuris allegationes relatũ fuit, iuxta dispositionem. l. 8. tit. 2. libr. 5. nouæ Recopil. quæ est. l. 45. Tau. qua cauetur, vt maioratus possessio absq; hominis factò transeat in sequentem in gradu, qui secundum legem maioratus succedere debet, non autem lis sit super petitorio, siue proprietate, res caret omni difficultate, quod possessio adiudicanda est D. Petro, reseruatò iure Duci super petitorio: nam etsi verum sit, quod nò obstante dicta lege, exceptio incapacitatis opponi potest, vt Bal. inquit in. l. fin. num. 41. C. de edicto diui Adriani tollendo, quia remediũ dictæ legis præsumitur esse scriptũ
capa-

capacibus, non incapacibus, Tiraq. in tract. le mort Saist
 le viii, in. 2. part. declara. 1. nu. 1. & 2. Attamē hoc verum
 est, quando talis exceptio incapacitatis, vel notoria est,
 vel incontinenti probari potest, vt patet ex his quæ tra-
 duntur in materia. d. J. fin. vbi in specie Menochius. num.
 159. *At ex his que dicta sunt constat, vel veram non esse excep-
 tionem, quod D. Petrus sit incapax, vel saltem verum est, excep-
 tionem incapacitatis incontinenti non posse probari.* Dato
 etenim, qd de facto conitet inter partes, hoc est D. Ioan-
 nes pater fuerit damnatus de hæresi, attamē in iure certa
 aliqua conclusio non affertur, qua probetur filium esse in
 capace huius successionis, imò quatuor fundamētis, vel
 fuit probata capacitas clarè, & explicitè, vt prætenditur,
 vel saltem dubitari non potest, quin prætensio cōtraria,
 sit maximè disputabilis, quo casu sequitur conclusio, vt
 quæstio iuris controuersi pariat eosdem effectus, quos pa-
 rit quæstio facti ambigui, ita glo. in l. eum prolatis. in ver-
 bo prolatis. de re iudic. Alciat. consil. 33. num. 10. libr. 8.
 Et quòd exceptio non dicatur incontinēti probata, quan-
 do recipit disputationem in iure, probat Francus in cap.
 dilecto, num. 153 de appellat. Deci. in cap. ex parte. el. 1.
 colum. 5. versic. 5. fallit eo. tit. Neuiza. consilio. 70. num.
 31. Riminaldus Iunior, consil. 53. num. 29. & sequentib.
 lib. 1. Bursat. latissimè in consil. 74. num. 22. vers. *nec dubi-
 randum*, cui quam plures celeberrimi Iurisconsulti sub-
 scripserunt in hoc proprio puncto, & præsertim Riminal-
 dus Iunior, ibidem num. 93. Bertazolus num. 108. Quæ
 conclusio, si in cæteris casibus vera est, in nostro est veris-
 sima cum respectu primi, & secundi puncti infinitæ aucto-
 ritates, pro æquiori & meliori iure D. Petri citentur, & res-
 pectu tertij, & quarti, clarissimè fuerit ostensum, nullam
 legem obstare D. Petro, quo minus possit succedere.

ET Ex prædictis concluditur, Don Petrum, qui
proximior est, Don Roderico ultimo possessori, ne-
que ex verbis, neque ex mente aliquarum legum esse
prohibitum succedere in maioratu, de quo agitur, &
ideò secundum illius petitionem pronuntiandum. Sal-
uo, &c.

LAVS DEO.

[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is written in a historical script and is difficult to decipher.]

Et



